



NOVISSIMA OBIURGATIO

Mariae Sanctissimae

Domino + Iosepho (Giuseppe) Orlandoni

*Mater tua sum
atque etiam Mater potest facere Novissimam Obiurgationem...
quoniam etiam olim dixi... quodcumque dixerit vobis Iesus facite.*

Epistula vulgata a Conchiglia

ad Suam Excellentiam Rev.mam Episcopum Dominum + Iosephum (Giuseppe) Orlandoni
dioecesis Claravallensis –Senae Gallicae (AN), in Italia

adque Suam Sanctitatem Papam Em. Benedictum XVI
apud Monasterium “Mater Ecclesiae” - Largo Monastero - 00120 in Civitate Vaticana SCV

Prot. 15.309 - 13.05.15
die XIII maii MCMXVII - MMXV –
Epistula certificata

In nonagesimo octavo Anniversario Primae Apparitionis Mariae Sanctissimae parvulis pastoribus Fatimae

Laudetur Iesus Christus,
laudetur Maria Sanctissima quae Divina est
Perfecta, Virgo, Sancta Maria Guadalupensis.

*Eccellentia Reverendissima Domine + Iosephe Orlandoni,
Maria Sanctissima a me petivit ut mitterem ad Vos Revelationem sequentem.*

Die XIX aprilis anno MMXV - 09.15 - Maria Sanctissima

Revelatio recepta in die primo Ostensionis Sacrae Sindonis Taurini, Celebrante Sua Eminentia
Rev.ma Domino + Caesare (Cesare) Nosiglia

*“Mamma Maria sum, Conchiglia
et loqui volo Episcopo tuo...”*

Fili, quomodo potes non agnoscere Verbum Nostrum?

Mater tua sum

**atque etiam Mater potest facere Novissimam Obiurgationem ...
quoniam etiam olim dixi... quodcumque dixerit vobis Iesus facite.**

Sed video, fili amatissime...

quia non facis id quod Iesus Filius Meus a te per multos annos petivit.

cursus multorum eventuum terribilium deflecti potuisset...

caedes plurimorum milium interfectorum vitari potuisset...

vitari potuisset perditio multarum Animarum quae tibi commendaveramus...

ita... quoniam per hanc filiam Conchiglia...

ad te eas conduxeramus.

*Conchiglia ipsam ad te conduximus...
statim... eam primum tibi commendavimus.
Ecclesiae commendavimus eam...
quae instar matris eam saltem audire debuisset.
Contra, non solum eam non audistis...
sed eam etiam offendistis... sprevistis... infamastis et calumniati estis.
Ut breviter dicam, eam de facto interfecistis et deinde neglexistis
quoniam interfecistis Verbum quod dabat vobis et adhuc dat vobis...
Verbum Sanctissimae Trinitatis.
Ego Maria... vestibus Nostrae Dominae Guadalupensis induta
Ecclesiam monere debeo
quia ex Voluntate Patris praeposita sum ad conterendum Satanam?
Ecclesiam monere debeo
quia per Me venit ad Filium Meum Iesum
et vincuntur praelia multa et bella?
Ergo, hoc est Proelium Extremum!
Propterea Motus Caritatis Sanctus Ioannes Didacus qui repraesentat Pallium Meum
proteget eos qui crediderint in Me et Iesum filium Meum qui Deus est
quique Vivit et Regnat Nunc
quique Vivit et Regnat in corde filiorum Dei.”*

excerptum ex:

REVELATIONE quae ad Conchiglia data est

Bentornato Mio Signore

Gratus Rediisti Mi Domine

« *Il Grande Libro della Vita* »

« *Magnus Liber Vitae* »

Novum Testamentum Tertii Millennii

© Copyright - LA RIVELAZIONE - Conchiglia della Santissima Trinità
BENTORNATO MIO SIGNORE - Il Grande Libro della Vita - Pars Prima

SAN JUAN DIEGO
24 OTTOBRE 2001

Excellentia Reverendissima Domine + Iosephe Orlandoni,
oro pro Vobis et maneo in reverenti oboedientia erga **Ecclesiam, Unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Romanam, solum in doctrina Iesu, Filii Dei, qui Ipse Deus est, in Sancto Evangelio.**

Deus Vos benedicat
et Divina Maria, Nostra Domina Guadalupensis, quae Perfecta est
Vos protegat totumque mundum protegat
in Nomine Patris 🌹
Matris 🌹
et Filii 🌹
et Spiritus Sancti. 🌹
Amen.



*Conchiglia
della Santissima Trinità*



* Origo Nominis : « Conchiglia »

Iesus vere mortuus est in feria sexta die VII aprilis. Ego Conchiglia iter inii postquam vidi Iesum in urbe Marotta di Fano (Pesaro-Urbino) die 14 ianuarii 1986. Post meum « fiat » in Deum, dictum in Sancta Domo Nazareth, in Basilica Lauretana - Anconae - Italia, Propositum Dei irradiatum est, manifestatum generi humano per me, Conchiglia.

Sanctissima Trinitas, die 7 aprilis anno MM statuit mihi Nomen Novum: « Conchiglia ».

« Conchiglia » quasi *concha maris*

In traditione biblica, “mutatio nominis ex Dei voluntate”, est investitura per quam electus constituitur conditor Instituti divini, quod in Historia perpetuandum est fitque cooperatio in Historia salutis pro multitudinibus.

Mihi est idem genus sanguinis ac Iesu, AB Rh+, sicut probatum est ex examinationibus de Sacra Sindone et de Miraculo Axanensi, unica differentia excepta, scilicet quia genus sanguinis Iesu est masculinum, meum autem femininum.

Ex Iesu voluntate Fundatrix sum Motus Caritatis Sanctus Ioannes Didacus, qui pertinet ad Mariam Sanctissimam Nostram Dominam Guadalupianam. **Est Motus cordium ad quem confluent filii Dei totius Mundi, quoniam hoc est Opus Dei.**

Deus Caritas est, ideo Motus Caritatis quoniam Motus Dei est, atque cum sit Motus Dei, est **Solus Motus quem nunc in Mundo Deus vult.** In voce “movimento” (i.e. “Motus”) Vocabularii Italicae Linguae Nicolai Zingarelli, Editor Zanichelli, Bononiae, MMV, haec leguntur:

actus movendi aut se movendi – turbae concitatio – isometria tabulati aut spatii tribus mensuris praediti in semetipso, ut duae figurae corrispondentes possint sibi invicem superponi – doctrina culturalis ex novis consiliis inspirata – res vel congressio amoris – animi motus – mutatio – origo.

EX CATECHISMO CATHOLICAE ECCLESIAE (ad lemma “MULIER”):

§ 64 “Per Prophetas, Deus populum Suum in salutis efformat spe, in expectatione Foederis Novi et aeterni omnibus hominibus destinati et quod in cordibus erit inscriptum. Prophetae radicalem populi Dei annuntiant Redemptionem, ab omnibus eius infidelitatibus purificationem, salutem quae omnes complectetur nationes. Pauperes praesertim et humiles Domini hanc tenebunt spem. Sanctae mulieres, sicut Sara, Rebecca, Rachel, Miryam, Debora, Anna, Iudith, Esther, spem salutis Israel servaverunt vivam. **PURISSIMA HUIUS SPEI IMAGO EST MARIA.**”

Symbolum Tridentinum de facto probat ut imprimatur:

REVELATIONEM quae ad Conchiglia data est

Gratus Rediisti Mi Domine « Magnus Liber Vitae »

Novum Testamentum Tertii Millenii

Pars Prima

© LA RIVELAZIONE - Conchiglia della Santissima Trinità

BENTORNATO MIO SIGNORE - Il Grande Libro della Vita

Commentationes Biblicae-Philologicae quas scripsit Doctor Laurentius Simonetti, Iurista, Latinista, studiosus liber:

http://www.conchiglia.us/LATINO/LATINO_index.html

http://www.conchiglia.us/XV-A_TMDC/RIFLESSIONI/XV-MONOS_Riflessioni_Biblico_Filologiche.htm



Conchiglia IX annum agens



Conchiglia XIX annum agens



Maria Sanctissima,
Nostra Domina Guadalupensis

Die 27 ianuarii MMVII - 15.10 - Maria Sanctissima

“ Filia Mea Conchiglia... ecce ego.

Amarum est animadvertere discessionem multorum fratrum.

Selectio est, filia.

*Hodie sicut heri pauci nimis sunt illi qui sequentur Iesum Filium meum
et facient Verba Eius.*

*Hodie sicut heri etiam qui dicit se credere in haec Verba Divina
attendit festucae oculi fratris*

et negligit trabem quae est in oculo suo... ex quo caecitas sua spiritualis.

Multae sunt vituperationes et iudicia adversus te... ex hoc loco omnia videmus et audimus.

***Quantum miseremur illis qui tam longe sunt a Deo neque appropinquare volunt
neglectis nostris iteratis et angore confectis revocationibus ad filiationem adoptivam.***

***Nonnulli scandalizantur propter Nostram similitudinem
atque turbantur intra se videntes nos iunctim positas
tamen semper ancilla est apud Dominam suam ut Eam sequatur quocumque
etiam ad convivia magni momenti.***

***Ipsa sum quae volui imaginem tuam apud Imaginem Meam
ut qui aspicit recogitet... tamquam qui spectat histrionem quendam
qui Vultum Filii Mei Iesu repraesentat
et Eum agit in Vita et in Passione... et Sic Fiat.”***

SAN JUAN DIEGO
24 OTTOBRE 2001

Die IV martii anno MMXIII - 06.30 - Spiritus Sanctus:

*“ Spiritus Sanctus sum, Conchiglia,
atque interrogare volo cunctos Sacerdotes... Episcopos et Cardinales Mundi.
Aliquis vestrum...*

*secum ipse quaesivit cur ab hac filia
petitum sit ut Motum Caritatis fundaret?*

Commentamini.

Silete intus in vobis.

Cogitate.

Meditamini.

Saltem contendite exprimere vos.

Nolite manere illic inertes.

Nonnullae responsiones per mentem vestram transeunt...

sed eas putatis dubias

quoniam si Deus interrogat...

responsio facilis esse nequit.

Hoc autem ipsi putatis.

Contra, non ita se habet res.

Deus caritas est...

ideo Motus Caritatis, quoniam est Motus Dei...

atque cum sit Motus Dei, est Solus Motus quem nunc in mundo Deus vult.

Et aliquis vestrum secum ipse quaesivit cur

Revelatio... Apocalypsis... sit in italica lingua?

Ipse vobis dicam statim... cum vobis difficile sit respondere.

Revelatio... Apocalypsis... in italica lingua est

quoniam italicus sermo est lingua Ecclesiae secundum latinum sermonem.

Revelatio... Apocalypsis

data huic filiae Nostrae Conchiglia,

quae Ioannis sequela est...

est pro Ecclesia.

Et omnes Sacerdotes... Episcopi et Cardinales qui in Mundo sunt,

ut tales fierent... debuerunt discere et cognoscere linguam italicam...

qua loquitur omnis Papa.

Solummodo inde...

id quod Papa italice dicit ac scribit in ceteras linguas transfertur.

Revelatio... Apocalypsis ad Conchiglia data

per Italicam linguam

transmitti potest in omnem partem Orbis Terrae

per Ecclesiam quae est responsabilis eius,

per omnes Sacerdotes... Episcopos et Cardinales qui in Mundo sunt,

ne quisquam dicere possit... “nesciebam”.

Ab ipso Initio Temporum haec omnia praestituta sunt,

et sic fiat utrum hoc accipiatis necne...

quoniam est Decretum ac Voluntas Dei...

et Ego sum Deus...

Tertia Persona Sanctissimae Trinitatis.”

**Incertum enim est nobis utrum assensurus sit cui veritas praedicatur:
sed certum est, etiam talibus veritatem praedicari oportere.**
(Augustinus Hipponensis - Contra Cresconium Grammaticum Donatistam, Liber Primus)

**SI FORTE VEL IPSI AUDIANT, ET SI FORTE QUIESCANT, QUONIAM DOMUS
EXASPERANS EST: ET SCIENT QUIA PROPHETA FUERIT IN MEDIO EORUM.**

(De Prophetia Ezechielis 2, 3-7): *...et dicentem : Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quae recesserunt a me : ipsi et patres eorum praevericati sunt pactum meum usque ad diem hanc : 4 et filii dura facie et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos : Haec dicit Dominus Deus : 5 6 Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. 7 Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, et quiescant : quoniam irritatores sunt.*

(De Prophetia Ezechielis 33, 7-9): *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel : audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. 8 Si me dicente ad impium : Impie, morte morieris : non fueris locutus ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur ; sanguinem autem ejus de manu tua requiram.*

Decretum Congregationis pro Doctrina Fidei (Acta Apostolicae Sedis - A.A.S. n°58 die XXIX Decembris anno MCMLXVI) abrogans Canones Iuris Canonici 1399 et 2318, promulgatum est a Sua Sanctitate Paulo VI die XIV octobris anno MCMLXVI; deinde editum est iussu ipsius Suae Sanctitatis, propterea iam non est illicitum divulgare scripta de novis apparitionibus, revelationibus, visionibus, signis, prophetiis aut miraculis. **Nulla modo praeventur iudicium Sanctae Ecclesiae Catholicae et Apostolicae.**

**Omnia christifidelium obligatio in canone 212, paragrapho 3,
Codicis Iuris Canonici statuta:**

§3. **Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, ipsis ius est, immo et aliquando officium, ut sententiam suam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent Pastoribus manifestent eamque, salva fidei morumque integritate ac reverentia erga Pastores , attentisque communi utilitate et personarum dignitate, ceteris christifidelibus notam faciant.**

http://www.vatican.va/archive/ITA0276/_PU.HTM

Contra, silentio praeterire haereses “Episcopi Romae”, est iniusta reticentia et acedia. [Nota Masjd]

ADNOTATIO

Conchiglia della Santissima Trinità
Movimento d'Amore San Juan Diego

latine
latine

Concha Sanctissimae Trinitatis
Consociatio Caritatis Sanctus Ioannes Didacus

7